

mendax. Et alibi scriptum est. Fidelis deus qui non mentitur;
Numquid mentitur spiritus qui est spiritus ueritatis? Immo quem
docuimus ueritatem dictum. quia et ipsum iohannes
ueritatem. sicut filium nuncupauit. Et in psalmo ait
dauid. Emitte lucem tuam et ueritatem tuam. ipsa
me deduxerunt et adduxerunt in montem sanctum tuum et
in tabernacula tua. Si lucem hic filium putas.
ergo spiritus ueritas est; Aut si filium putas ueritatem.
ergo spiritus lux est; habet et deus nomen supra omne nomen.
et dedit filio nomen sicut legimus. ut omnes in no-
mine ihesu genuflectant; Hoc nomen utrum ha-
beat spiritus. consideremus; Sed scriptum est. In bap-
tismate gentes. in nomine patris et filii et spiritus sancti;
Habet ergo nomen supra omne nomen; Quod ergo
habet pater et filius. habet et spiritus per naturalis nomi-
nis unitatem; habet et deus quod suscitatur mortuos.
Sicut enim pater suscitatur mortuos et uiuificat.
sic et filius quod uult uiuificat; Suscitatur autem etiam
spiritus. per quem deus suscitatur. quia scriptum est. uiuifi-
cabit et mortalia corpora uestra. per inhabitantem
spiritum eius in uobis. Tamen ne infirmam gratiam